



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piaë, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Si quis diligit me, sermonem meum ser. loh. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

Solum ipsam delectionem confiteri, sed mandata Christi, quæ discendo habemus, operando seruire, [Qui habet (inquit) mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.] Qui habet in memoria, & seruat in uita: qui habet in sermonibus, & seruat in moribus: qui habet audiendo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat ea perseverando, ipse est (inquit) qui diligit me. ¶ Notandum quia cum presentis temporis uerbo diceret, qui aut diligit me, adijcit de futuro, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Diligit namque etiam nunc dilectores suos cum patre filius, sed nunc diligit ad hoc, ut recte uiuant ex fide, que per dilectionem operatur: tunc ad hoc diligit, ut perueniant ad uisionem ueritatis, quam per fidem gustauerant. Non aut frustra addidit, [& manifestabo ei meipsum.] Si uero secundum humanitatem se cunctis in iudicio manifestabit, solis uero iustis & sanctis diuinitatis gloriam, in qua æqualis est patri & spiritui sancto, ad æternam beatitudinem manifestaturus erit.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES. IOHAN. XIII.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruat. Et reliqua.

Promissurus dominus spiritum sanctum discipulis, quales se exhibere debeant, qui eius habitaculum fieri desiderant, in exordio huius lectionis manifestat, cum dicit: [Si quis diligit me, sermonem meum seruat.] In quibus uerbis ostendit, quia probatio ueræ dilectionis, exhibitio est

boni operis. Si enim qui non diligit dñm, mandata eius non custodit, sine causa eum se diligere confiteretur uerbis, qui eius præcepta non seruat operibus. Iohanne Apostolo teste qui ait: Si quis dixerit qm diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Et sicut de falsis fidei professoribus Apostolus ait, Confitentur se nosse deum, factis aut negant.

Tit. 1. Tales dñs in euāgelio reprobatur, cū dicit: Quid autem uocatis me, dñe domine, & nō facitis q̄ dico?

Luce. 6. Et ppheta: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est a me. Sicut em̄ iustus ex fide uiuit, sic fides sine operibus mortua est, dñō dicente: Non om̄is qui dicit mihi, dñe domine, intrabit in regnum cælorum, &c. Vñ Iohannes in Apocalypsi cum dixisset, Beatus qui legit, & q̄ audiat uerba pphetiæ libri huius, cōtinuo subiunxit: Et seruat ea quæ in ea scripta sunt. Amor etenim dei ociosus esse non potest, quando ut dominus ait, Ex abundantia cordis os loquitur. Aut em̄ magna operatur, si uerus amor est: aut si operari renuit, haud amor dicendus est. Sicut em̄ imperator in hoc intelligit, quod sui milites eū diligunt, cum provinciarum leges eius obseruant, sic affectum nostræ dilectionis erga deū ostendimus, cum præcepta eius seruamus. Vnde huic lectioni paulo superius præmisit, dicens Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Et iterum: Si diligitis me, mandata mea seruate. In dilectione uero dei non tantum lingua, sed & manus est intuenda, sicut alibi dñs discipulis ait: Scitis hæc, beati eritis si feceritis ea. Custodienda ergo sunt præcepta dei, quia in custodiendis illis præparata est retributio multa nimis. De qua retributione protinus subiunfertur:

Ioh. 14.
Ibid.

Ioh. 13.

Et pater meus diligit eum.

¶ Quid enim dilectori suo filius amplius promittere potest, quā ut a patre diligatur? Qui ergo diligit filium, diligitur & a patre, quia idē filius unum est cum patre, sicut ipse alibi dilectorib⁹ suis dicit: Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia a deo exiui. Notandum autē quod ait, & ad eum uenimus. Nisi deus trinitas esset, nequaquam pluraliter diceret,

Ioh. 16.

Et ad eum uenimus.

Ubi uenit pater, uenit filius, uenit spūs sanctus. Et ubi uenit pater, manet filius, manet & spūs sanctus. Quia sicut ait Apostolus. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spūm sanctum, qui datus est nobis. Et item: Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Sed læto corde accipiendum est, quod inferitur:

Rom. 5.

Eph 3.

Et mansionem apud eum faciemus.

¶ Ad quorundam uero corda deus uenit, sed mansionem non facit, quia eos per cōpunctionis gratiam uisitat: sed cum hora cōpunctionis transierit, & ad iniquitatem redierint, deū a corde suo repellunt, de quibus dñs alibi dicit: Quia ad tēpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. At uero ad electorum cor non solum uenit, sed & mansionem facit: quia eorū mentes sic fixæ sunt in amore diuinitatis, ut ab eius dilectione tempore tentationis non recedant, sed ita domino cohærent, ut siue in prosperis, siue in aduersis, semper ipsum benedicere studeant, dicētes cum Psalmista: Benedicam dñm in omni tempore. Considerandum ergo summopere est, quanto studio mansionem suæ

Luca. 8.

Gal. 3.

mentis præparare debet, qui tantum ac talem ho-
spitem suscipere desiderat. Si enim rex aut præpotens
amicus ad domum tuam uenturus esset, cum omni
studiosam præparares, superflua abijciendo, neces-
saria adhibendo, non solum quæ ad utilitatē, sed
etiam quæ ad ornatum pertinent inuestigando. Ita
deum tuum in habitaculo cordis tui susceptu-
rus, emunda conscientiam tuam ab operibus mor-
tuis, & cogitationibus superfluis & immundis:
quia mundus habitator mundam querit domum,
ad quam non solum uenire, sed in qua manere di-
gnetur ille, qui ait: Ecce sto ad ostium, & pulso, si
quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cenabo
cum illo, & ille mecum. Igitur domum mentis no-
stræ ab squaloribus omnium uitiorum mundare de-
bemus, & diuersis floribus uirtutum adornare, ut
humilitate fulgeat, castitate rutilet, charitate re-
splendeat, ut in corda nostra ueniens spiritus sanctus,
mansionem faciat. Sed & his de electis explicitis,
qui deum non solum uerbis, sed etiam operibus di-
ligant, protinus de reprobis dicitur:

Apo. 3.

Qui non diligit me, sermones meos non
seruat. Sicut enim qui præcepta dei obseruat, etiam
tacite lingua se cum diligere comprobatur: sic qui sermo-
nem eius non custodit, eum se non diligere demonstrat.

Et sermonem quem audistis, non est me-
us, sed eius qui misit me patris.

Cum superius sermones pluraliter posuit, do-
ctrinam sancti euangelij intelligere uoluit. Cum
autem singulariter adiunxit, [Et sermonem quem au-
distis.] seipsum intelligere uoluit, qui est uerbum
& sapientia dei, de quo Iohannes adhibi ait: In prin-

Ioh. 1.

cipio erat uerbum &c. Recte ergo dicit, [Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris.] quia filius nō a seipso uenit, sed a patre, sicut ipse dicit: Ego a meipso non ueni, sed pater meus misit me. Et sicut filius nō est a seipso, sic doctrinam suam non dicit suam esse, sicut ipse ait: Mea doctrina non est mea, sed eius q̄ misit me patris, Et iterum: Pater in me manet, & ego in eo. Et alibi: Ego a me nihil facio. Qui enim de nullo fit, de nullo p̄cedit, solus ē pater. Fili⁹ aut̄ de patre natus, sp̄s sanctus a patre & filio p̄cedere creditur.

Ioh. 8.

Ioh. 7.

Ioh. 14.

Ioh. 3.

Hæc locutus sum uobis, apud uos manens.

Nunquid non erat mansurus cum discipulis, q̄ bus alibi p̄misit, dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq̄ ad cōsummationem seculi? Erat utiq̄, sed q̄d ait: [Hæc locut⁹ sum uobis, apud uos manēs.] de præsentiā corporali dicit, per quā post modicum ab eis recessurus erat. Cui simile est quod alibi ait, Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum. Quia ergo in articulo passionis hæc loquebatur, māsurus cum eis semper per diuinitatem, recessurus loquitur per humanitatem. Sed quod minus de diuinitate intelligere poterant, per spiritus sancti aduentum se docturum promittit, cum subiungit:

Mat. 28.

Luc. 24.

Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia,] q̄ Cui simile est quod alibi dicit: Ad huc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum aut̄ uenerit ille sp̄s ueritatis, docebit uos om̄em ueritatē. Quia ad intelligēda spiritalia mentes nostras, pmouebit, patet pro

Ioh. 16.

fecto, nec laboriosa expositiōe indiget, quare eūdem spūm paraclerum nomet. παρακλητος graca locutione, latine consolator siue aduocatus dicitur. Bene consolator dicitur, quia mentes fidelium, ne inter aduersa huius seculi deficient, spe caelestium consolatur praemiorum. Bene aduocatus, quia pro errore delinquentium a pud patrem interuenit, Apostolo teste, qui ait. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus &c. Et pulchre eundem spūm

Rom. 8.

in nomine suo a patre mitti perhibet, quia unius naturae, eiusdemque est cum patre potentiae, sicut ipse alibi ait: Cum uenerit paracler, quem ego mitto uobis a patre spūm ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibet de me. Quod autem ait, Ille uos uos docebit omnia, subaudiendum est, quae necessaria sunt, siue ad intelligendum, siue ad docendum. Et recte spūsanctus omnia docere dicitur, quia in uacuum laborat sermo doctoris exterioris, nisi interior sit spūsanctus, qui illustret cor auditoris. Ceterum nemo tam perfectus esse potest in praesenti uita, ut omnia de deo scire possit, maxime cum Apostolus, qui usque ad tertium caelum raptus fuisse perhibetur, dicat: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quod uero subiungit:

1. Cor. 13.

Et suggeret uobis omnia, quaecumque dixerō uobis, Spiritus sanctus suggerere dicitur, eo quod nos suggerentes, id est, supplicantes faciat. Quae ritur autem quomodo suggerat, cum suggerere minoris sit. & Spiritus sanctus aequalis patri esse creditur. Ad quod dicendum, quia usus iste locutionis in scripturis sacris frequenter inuenitur, ut hoc deus agere dicatur, quod ut nos agamus, ille perficiat. & orare, ut nos orantes efficiat. Sicut enim Spiritus sancto genere

est, eo q̄ nos ad gemēdum inciter, sic suggerere dicitur, eo q̄ nos ad suggerendū instruat, id est, ca-
 quae desunt nobis in uirtutibus, supplicāda postu-
 lare faciat. Et q̄a suggerere aliquādo subministra-
 re est, patri & filio sp̄s sanctus coaeternus & con-
 substantia is suggerere dicitur, eo q̄ nobis diuinā
 scientiā occulta inspiratione ministrat, nō de deor-
 sum, sed de sursum. Vnde p̄ Apostolū dicitur: **Cha** **Ro. 5.**
 ritas dei diffusa ē in cordib⁹ nostris p̄ sp̄m sanctū
 q̄ datus ē nobis. Postq̄ dñs sp̄m paraclerū se discipi-
 lis pmisit datum, p̄tinus pacē cōmendauit, dicens:

Pacem relinquo uobis, pacem meam do-
 uobis. **I** Ostendēs q̄a illi eius sp̄m accipere meren-
 tur & templū spiritus sancti fieri, q̄ pacē inuolantā &
 cōcordiā cum fratribus seruant, iuxta illud p̄phe-
 ticum: Super quē requiescet spirit⁹ me⁹ nisi super **Isa. 66.**
 humilē & quietū, & rementē sermones meos? Vñ
 Johannes in sua Apocalypsi dicit: Inhabitabo in il-
 lis & inambulabo. **Pax** aut̄ uera est, quae nullo fu- **2. Cor. 6**
 rore accenditur, nulla persecutione pturbatur, sed
 inter aduersa huius seculi inconcussus stat animus **Psal. 118.**
Christianus: qm̄ sicut p̄ Prophetā dicitur, Pax mul-
 ta diligētibus legē tuā, & nō est illis scādaliū. Hanc
 pacem q̄si speciale munus dñs discipulis cōmen-
 dabat, qm̄ dicebat: Habete sal in uobis, & pacē ha-
 bere inter uos. Et it̄ ē: Beati pacifici, qm̄ filij dei uo- **Mat. 5.**
 cabuntur. Quam tē nouerat habere q̄ dicebat: Cū
 his q̄ oderūt pacē, erā pacificus. Cuius uirtutem & **Psal. 119.**
 dignitatē quidā sapiēs breuiter cōprehēdit, dicens:

Pax animā nutrit, retinet concordia pacem.
 Pax reprimit lites, concordēs necit & idem.
 Lis pacem me tuit, refugit discordia pacem.
 Qd̄ia pax pellit, castum pax nutrit amorem.

Huius virtutis suauitatem nec nunc impij posside-
re possunt, cum inter se concordare uidentur, sicut
scriptura dicit: Non est pex impijs, dicit dominus
Isa. 48 deus. Pulchre ergo ait: [Pacem relinquo uobis, pa-
cem meam do uobis.] Ac si diceret: Do presentibus,
relinq̄ futuris. Siue, inchoatibus relinquo, per-
seuerantibus do. Et q̄a perfectior erit pax in futu-
ro, quam in presenti, bene cum additamento di-
xit: [Pacem meam do uobis.] Ibi enim nō solum
exterius, sed nec interius conflictum cum uitijs ha-
bebitur, ubi summa est pax de uisione cōditoris.

Non quomodo mundus dat, ego uobis.

¶ Multum distat inter pacem mundi, & pacem
dei. Dat autem mūdus suis amatoribus pacē, quan-
do concordāt adulteri cum adulteris, ebriosi cum
ebriosis, rapaces cum rapacib⁹, homicidę cum ho-
micidis. Sed hæc pax ad perpetuam discordiā du-
cit, & in presenti frequenter iurgijs immutatur,
& aliquando morte interueniente finitur. Pax au-
tem quam dominus dat, & in presenti amore fra-
ternitatis tranquillum reddit animum Christia-
num, & in futuro ad societatem perpetuę pacis
perducit. Igitur in pace dei non propter amorem
terrenum, sed propter pacem charitatis innocens
amorem habent, ut qui unum patrē habent in cę-
lis, sint in una compage charitatis cōiuncti in ter-
ris, sicut de primitiua ecclesia dicitur: Multitudi-
nis credentiū erat cor unum & anima una. Horū
ergo pax nec iurgijs immutatur, nec discordijs
rūpitur, nec morte interueniente finitur, sed poti-
us cōfirmatur: ut q̄bus unū ē desiderij in terris, sit
unū præmiū in cęlis, & q̄a discipulis dominus pa-
cem cōmendauerat, sciens eis tribulationes & an-

Act. 4.

gustias esse venturas, ne inter pressuras seculi pacē amitterent, uerbū exhortationis posuit, dicens

Non turbetur cor uestrum, neq; formidet. Audistis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos.] ¶ Vnde, cum alibi eos ad passionē hortaretur, ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et item, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. sciebat em̄ ga quo amplius pro eius nomine tribulationes & angustias sustinerent, eo magis gloria eorum cresceret. Quia sicut uasa figuli probat fornax, ita homines iustos tēratio tribulatiōis. In multis locis euāgelij legimus, qđ cum dominus se a discipulis corporaliter recessurum diceret, nō sine graui dolore audire poterant. Vnde quum alibi dixisset, Vado ad eum qui me misit, cōtinuo adiunxit: Sed quia hęc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrū. Inde turbari & formidari poterant, quod quem totis uisceribus diligebant, a se recessurū audiebant. Sed hunc eorum dolorem benigne pius magister consolatur, cum dicit: [Non turbetur cor uestrū, neq; formidet] pro eo quod dixi, [Vado & uenio, ad uos.] Si enim contristatur quis quia ego uado, letificari debet quia uenio, iuxta illud quod alibi dicit, Nō turbetur cor uestrum: Creditis in deum, & in me credite. Quia si abiero, & preparauero uobis locū, iterum ueniā & accipiā uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Et alibi, Non relinqua uos orphanos, ueniam ad uos, Vnde & subditur,

Si diligeritis me, gauderetis utiq; quia ad patrem uado, quia pater maior me est.

Mat. 10.

Luc. 12.

Ecc. 27

Ioh. 16.

Ibid.

Ioh. 17.

Ibid.

Ioh. 14.

¶ Nunquid nō diligebant apostoli dominum, pro quo etiā mori parati erant, dicētes: Eamus & nos, & moriamur cū illo? Quid est ergo qđ ait, [Si diligeretis me, gauderetis utiq;?] Ad quod dicendū, quia non negat se a discipulis diligi, sed eorum fragilitati condescendens, illorum mentes humanas ad amorem diuinum preparat. Nimirū aliud erat quod in eo principaliter diligebant, & aliud quod minus perfecte. Diligebāt em̄ in eo formā humanitatis principaliter, quam uidebāt: sed minus perfecte formam diuinitatis, quam non uidebāt. Ac si diceret dñs: Si in me formā diuinitatis principaliter quæ amāda est, diligeretis, gauderetis utiq; quādo ad patrē, quā pater maior me est. Quam sententiā male Arrius interpretatur, qui ausus est dicere, filiū dei in diuinitate minorē esse patrē, nō intelligēs infelix, quā in uno mediatore dei & hominū, altera ē natura diuinitatis, & altera humanitatis. In natura quoq; diuinitatis nō a deo fact⁹, sed ex deo creditur natus, deo de deo, lumē de lumine, coeternus & cōsubstantialis patri, sicut ipse dicit: Ego & pater unū sumus. In natura humanitatis, q̄ minoratus est paulo min⁹ ab angelis, minor esse creditur patrē per quam loquitur [quia uado ad patrem, quā pater maior me est.

Ioh. 11.

Ioh. 10.

Ioh. 16.

Et nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cū factum fuerit credatis. ¶ Non solū ad hoc ea quæ uerura sibi erant, dñs p̄dicere uoluit, ut se deū ostēderet, q̄ uerura nosse posset, sed ut hoc indicio animos discipulorū ad credendū prouocaret, scilicet ut rāto firmitus ea crederent, quāto nō aliter, q̄ ab eo p̄dicta nouerāt, impleri cernerēt, sicut alibi ait: Hec locutus sum uobis, ut cū uenerit hora, eos

rememora mini, quia ego dixi uobis. Vnde Lazarus
resuscitaturus, cum eum mortuum pdixisset, ait:
Gaudeo propter uos, ut credatis quia nō eram ibi.
Quod autem subiunxit,

Ioh. 12,

Iam non multum loquar uobiscum,
de corporali locutione dicit. Nam in articulo pas-
sionis discipulis hæc loquens, pauca corporaliter
eis erat locuturus. Spiritu autem quotidie lo-
quitur, q̄t̄ies sanctū euangelium legitur, uel auto-
ritas sanctæ scripturæ ad memoriam reuocatur.

Venit enim princeps mundi huius, & in
me non habet quicquam. ¶ Si principem mundi
hoc loco Pilatum accipimus, manifestum est quia
in eo nō inuenit quicquam, sicut ipse summis prin-
cipibus sacerdotum respōdit: Quid enim mali fe-
cit iste? Ego nullā causam inuenio in homine isto
ex his, in quibus eum accusatis, sed neq̄ Herodes.
nā remisi uos ad illū, & ecce nihil dignum morte
actū est ei. Sed nos melius principē mundi diabolu
intelligimus, q̄ quondā principatum & tyrannidē
in eorum mentibus sibi uendicat, qui potius mun-
dum q̄ deum diligunt. Cōtra hunc principem mi-
les castrorum dei certamē inierat, q̄ dicebat: Non
est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē.
Et iterum, Ego autē nō pugno q̄si aerem uerberans,
sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo,
ne forte cum alijs prædicauerim, ipse re, p̄bus effi-
ciar. Iste ergo princeps mundi ad dñm uenit, q̄si
eum q̄si hoīem mori cōspiciens, eius aīam sicut cē-
teras quas p̄ originale peccatum tenebat, se r̄pe-
re posse æstima uit. Sed in eo non repperit quicq̄,
q̄a (sicut ait Petrus apostolus) Peccatum non fecit,

Mar. 15.

Luc. 23.

Eph. 6.

1. Cor. 9.

1. Pet. 2.

- Nec inuentus est dolus in ore eius. Inde ergo potestatem, quā in cæteris retinebat, amisit, quo gladium suę percussiois contra eum, in quo nihil inuenit, exacuit, quia sicut ait Apostolus: Si cognouissent, nunquā dñm glorię crucifixissent. De quo alibi a dño dicitur: Nūc hora est ut princeps mundi eijciatur foras Et item: Videbam satana m sicut fulgur cadentem de cælo. Vnde & sequitur:
- 1. Co. 12.** Sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc. In quibus uerbis ostendit, non necessitate, sed uoluntate se esse passum. Nō em̄ cuiuscunq; peccati uinculo cōstrictus erat, ut necessitate pateretur, sed sola dilectione pro nobis spontanee passionē sustinuit, ut & patris obedientiam impleret, & nos a mortis interitu liberaret. Quod ergo ait, [Sed ut cognoscat mūdus qd diligo patrem] tale est ac si diceret: In hoc ostendo me patrem diligere, quia pro eius nomine tribulationes & angustias sustinere non differo. Siue certe in hoc me ostendo patrem diligere, quicū possim mortem uitare, pro eius amore mortem subire non differo, qm̄ non ueni uoluntatem meam facere. Imitemur & nos pro modulo nostro caput nostrum, ut qui sine peccato esse non possumus, pro iustitia persecutiones pati non timeamus, quia sicut ait Petrus apostolus, Christus passus est pro nobis, uobis relinquēs exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et impleatur in nobis, quod dominus ait in euangelio: Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam. Hinc & **1. Pet. 4.** apostolus Petrus nos admonet a libi, dicens: Ne-

mouestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut adulter. Si autem ut Christianus, non erubescat, sed glorificet deum in isto nomine.

FERIA SECUNDA PENTECOSTES. Iohannis III.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam. Et reli.

Vnde notandū, quod eadem de filio dei unigenito replicat, quæ de filio hominis in cruce exaltato præmiserat, dicens: [Ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam.] Quia profecto idem redemptor & conditor noster, filius dei ante secula existens, filius hominis factus est in fine seculorum, ut qui nos per diuinitatis suæ potentiam creauerat, ad perfructum uitæ beatitudinem perennis, ipse per fragilitatem humanitatis nostræ nos restauraret, ad recipiendam quam perdidimus uitam. Sequitur:

Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.] Ergo quantum in medico est, sanare uenit ægrotum, sed interimitur, qui præcepta medici seruare non uult. Venit saluare mundum. Quare saluator dictus est mundi, nisi ut saluet mundum, non ut iudicet mundum? Saluari non uis ab ipso: ex te ipso iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? Videte quid ait:

Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit.] Quid dictuum sperabas, nisi iudicetur? [Iam] inquit [iudicatus est.] Nondum ap-

○